

QVÆSTIO IX.

Quare Christus Dominus tam rigide inuehitur in hos vendentes, & ementes?

43. Chrysof. RIMO rectè D. Chrysofom. homil. 22. in Ioann. Questionem ponit, & soluit: Quæstio dignum est, qua gratia adeo Christus hic indignatus est, & maximè cum aliis iniuriis, consumeligi, affectus, Samaritanus, & demonium habens appellatus, nil tale fecerit. Et rei difficultatem magis exaggerans ait, Nunc non contentus flagello, verbis etiam in eos inuehitur, neque tantum illos eiecit, sed etiam euertit mensas, dispersit argentum. Christus in suis iniuriis sufferendis patientissimus erat, nunc verò flagello, & verbo indignatur: fecistis speluncam latronum. Videtur exemplum violari, ac prophanari, & ideo districto rigore in eos inuehitur, pro templi, ac factorum auctoritate pugnantibus nulla vindicta parcat.

44. Beda. Secundò. Beda ad cap. 21. Ex hoc magnum elicit documentum: Si Dominus, ait, nec ea volebat venditari in templo, que in templo volebat offerri: quanta putas animaduersione puniret; si inuenisset ibi aliquos risus, vel vaniloquos vacantes, aut alij cuiuslibet vitio mancipatos? Si enim ea, qua alibi liberè geri poterant, Dominus in domo sua geri non patitur: quanto magis ea, qua nusquam fieri licet. Christus Dominus verbo, & flagello è templo propulsauit, vnde ut testatur D. Chrysof. homil. 24 in Acta, impudicè loquentes, seu irridentes in templo digni sunt, vt non verberare, sed fulmine de celo feriantur.

45. Victor Anthon. Tertio. Victor Antiochen. in cap. 11. Marc. Aggravat, ait, Iudeorum causam, quod Domino idem factum semel, iterumque repente, ipsi nihilominus in sua illa arte cauponaria, & infami mundinatione obstinate vsque præstant. Valde rigide Dominus in hos ementes, & vendentes inuehitur, nam flagello eiecit, vt vult Chrysofomus; deinde duro verbo latrones appellans. Fecistis illam speluncam latronum. Cur tam durum in hos sacrilegos se habet Dominus? Ioan. 2 ad initium primi anni prædicationis, eiecerat Iesus de templo vendentes, cum autem modo eos non emendat, sed in sua nequitia persistentes, ac relapsos videret, inde maximè in eos sollicitatur Diuinus furor; multum enim relapsus causæ grauitatem aggravat. Vide supra cap. 12. n. 70. 71. 72. & cap. 18. n. 39. 40. 41.

46. D. Irenæus. Quarto. D. Irenæus lib. 4. cap. 5. Veritas erat ipse, ait, qui loquebatur: & verè vindicabat suam domum, proyiciens ex ea numularios, qui & emebant & vendebant. Maximè expendendum est, quod cum Christus esset veritas vindicans domum suam eiecit ex ea vendentes, & ementes, vbi humana negotiatio est, ibi necesse est mendacium interuenire; neque enim simul cohabitari mundalia negotia, & veritas, & ideo cum Christus summa veritas domum suam expurgaret, vt in veritate confisteret, veritasque in ea tractaretur, mundalia negotia procul eiecit, ac expellit.

47. Origenes. Quintò. Origenes homil. 15. Matth. Tunc quidem, ait, intravit Iesus in templum Dei, & mundauit illud, eiciens vendentes, & ementes in templo, & mensas numulariorum euertens, & cathedras vendentium columbas: Nunc autem quandiu non vis-

tantur, qui in nomine Iesu Christi conueniunt in ipsum, sunt vendentes, & ementes in templo, & alia facientes: & nunquam eis Christus apparet, vt eiciens eos. Multa illicita, & prophana illo miserabili tempore fiebant in templo: & fortè Dominus aliquando ingrediens in illud, ea viderat, & dissimulauerat, cur modo tam seuerum se exhibet tam districta iustitiam in venditores columbarum? Nunc autem quandiu non visitantur, nusquam eis Christus apparet, vt eiciens eos. Et si Dominus illa crimina dissimulauerat patienter, modò cum ingrediatur, vt Iudex, ac vt visitans templum seuerè in eos animaduertit, durèque illos punit in omnes extendens iram suam, cum omnes in eodem crimine essent comprehensi, & similes.

Valde notum erat, quanta calamitate, ac miseria Hebræi fatigabantur in Ægypto opere faciendo, immergi luto, vt notat Procopius, vehementerque flagella, opprobria, ac iniurias multas patiebantur, ita vt in publica platea Ægyptius Hebræum percuteret, & cum hæc essent multum vulgaria, sine dubio aperta erant Moysi, quomodo ergo illa sustinuit vsque ad spatium quadraginta annorum, qui malebat affligi cum populo Dei, quam regnate cum improbo Rege Ægyptiorum. Ait D. Stephanus Actor. 7. n. 23. Cum autem impleretur ei quadraginta annorum tempus, ascendit in cor eius, vt visitaret fratres suos filios Israel, & cum vidisset quendam iniuriam patientem vindicauit illi. Cur ergo magnus populi sui zelator, de quo multa dicunt SS. Patres, antea suorum iniurias non vindicauit; sed tantum modo: ascendit in cor eius vt visitaret fratres suos? Et si antea illas iniurias dissimulabat, modo verò cum adesset visitationis tempus, non distulit, sed seuerè suos vindicauit, ac festo gladio iniuriatores percudit, ac interfecit. Huc adducam D. Ambros. lib. de Abel. cap. 4. Interfecit Ægyptium, ait, & fugax factus est de terra Ægypti, vt declinaret tyrannum terra, sed non antea illum interfecisset Ægyptium, nisi prius in se abdicasset regalium luxum honorum: manus patri-monium estimans thesauris Ægypti opprobrium Christi. Cum à se abdicauit luxum regalium bonorum, tunc suos visitauit, ac vindicauit.

QVÆSTIO X.

Quare Christus Dominus tanta potestate vitur, & nullum hic edidit miraculum?

VM Christus eiecit ementes, ac vendentes de templo, ait Ioan. 2. n. 15. numulariorum effudit æs, & mensas subuertit. Et hic in præfenti scribit D. Mathæus. Mensas numulariorum, & cathedras vendentium columbas euertit. Rem valde miram, hic operatur Christus, multaque potestate vitur, cum huiusmodi mensas subuertit, ac pecunias spargit, & diffudit per templum; cur ergo hanc tantam suam potestatem, eximiumque zelum domus Dei aliquo signo, ac miraculo non confirmat?

Respondeo primò. Christus Dominus in utroque euentu mensas numulariorum, seu mensas plenas nummis, ac pecuniis subuertit, mercatum, ac vendentium nummos effudit, quo facto eius diuinitas, supremæque eius potestas ostendebatur, tantarumque pecuniarum contemptor non purus

purus homo, sed Dei Filius credendus erat, non enim hominis huius vitæ est pecunias contemneret, ac à se abicere. De proditore Iuda, ait, D. Mathæus 27. n. 5. Proiecit argenteis in templo recessu; & abiens laqueo se suspendit. Cur non laqueo se suspendit dum argenteos secum habebat, sed illis proiecit? Quandiu secum habebat nummos vivebat ipse, ac illis à se abiectis iam non sustinet viuere, sed cum argenteos effunderet, animam etiam effudit vitæ impatiens. Pulchrè D. Maximus sermone 3. de Iuda. Post reddidit, ait, pretium laqueo se suspendit, vt qui se multauerat pecunia, multaret & vitæ.

51. Secundò. Nullum in præfenti Christus edidit, miraculum, ipsius eximia virtus, qua pecunia, ac omnia illa bona spernens diffundens contemnebat, efficaciter eius diuinitas, ac potentia ostendebatur, & valde sufficiens erat sine miraculis ad omnium animos subiectedos, ac expiscandos. Pro liberandis Hebræis à mortis sententia, vna eligitur Esther, quæ sic regem exorat: Si inueni gratiam in oculis tuis o Rex, & si tibi placet, dona mihi animam meam, pro qua rogo, & populum meum pro quo obsecro. Traditi enim sumus ego, & populus meus, vt coneremur, inguleremur, & pereamus, Esther 7. n. 3. Pro erundo populo à tanta afflictione, ac ab imminente mortis sententia, solum datur Esther, vt Regem exoret, cur non conceditur etiam potestas ad aliqua miracula edenda, vt datum fuit Moysi, & Aaroni pro liberando populo ab Ægyptiorum iugo; vt patet Exod. à cap. 7. vsque 12. cum maiori in discrimine populus versaretur sub Assuero, quam sub Pharaone in Ægypto. Nam sub hoc erat Hebræis seruitus, sub illo vero non solum erat seruitus, sed & imminerebat mortis sententia, vt vna die omnes ingularentur? Cur ergo Esther non datur miraculorum gratia, vt concessa fuerat Moysi? In illo conuiuio dixerat Rex. Quæ est petitio tua Esther, vt detur tibi? Et quid vis fieri? etiamsi dimidiam partem regni mei petieris, impetrabis, eodem cap. 7. n. 2. Esther tunc non pro regno, sed pro populo rogat? Vbi tam manifesta, ac conspicua Barbaris erat virtus Esther, vt etiam oblatum regnum contemneret, & solum pro suorum salute Regem exoraret, non necessaria erant miracula, vt Assueri mentem in pietatem, ac clementiam conuerteret, quando tam declarata, ac nota erat virtus; non abs re adducendus est hic D. Chrysofomus homil. 6. in 1. Epist. ad Corinth. de primis Christianis loquens, ait: Tunc igitur, & unum omnium erat cor, & anima vna, nemo sibi proprium vindicabat. Et pro singulorum necessitate sua cuique pars conferebatur. Et vitam vivebant Angelorum. Quod si in præfenti fieret, vniuersum sanè orbem, & sine signis conuerteremus. Expende vltima verba, sine signis conuerteremus.

48. Procopius. Tempore visitationis criminosa puniendi. 49. Ratio diffcultatis. 50. Pecunias contemneret hominè, sed diuinitatis nota est.

Num. 24. Amen, amen dico vobis: nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit; ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum affert.

VERSIONES.

Arabic. n. 23. Iam venit hora, in qua glorificabitur filius hominis. Syriac. n. 24. Nisi granum frumenti ceciderit, & mortuum fuerit in terra, ipsum solum manet, si autem mortuum fuerit, fructus multos adfert. Vatabl. Pagnin. Nisi granum frumenti deiectum in terram, mortuum fuerit. S. Epiphanius. Si autem mortuum fuerit, multa grana parit. Origenes. Fructum plurimum affert.

EXPOSITIO I.



VM viderent Pharisæi, acclamationes, & applausus, quos turbæ Christo Domino exhibebant, indignati sunt, quod nihil proficerent, contra verò gentiles maximè desiderant videre Iesum, pro quo rogant Philippum, qui & Andreas simul hoc Christo dixerunt. Quibus respondens Iesus, dicens, cum spiritu exultatione. Venit hora. Seu iam instat tempus: vt clarificetur, seu vt habet Græcus, vt glorificetur, vt agnoscat, & honoretur, vt verus Messias, saluator, ac vt verus Deus adoretur, non solum à Iudæis, sed etiam à gentibus; Filius hominis, semetipsum intelligit. Qui in abiecta, & vili conditione naturæ humanæ apparebat, vt clarificetur, seu glorificetur. Tripliciter nempe vt explicant D. Augustinus. N. D. Cyrillus, S. Thomas, D. Bonau. Primò, morte, & Passione. Vt clarificetur, explicat D. Thomas passitur. Nam Passione sua glorificatus fuit signis visibilibus, obsecratione solis, & inuisibilibus; dum de principibus tenebrarum triumphauit. Secundò glorificatus fuit sua resurrectione, & Ascensione. Tertio, conuersione gentium in toto orbe; ait D. Augustinus serm. 116. Nos Christi mors viuificauit, nos Resurrectio erexit, nos Ascensio consecrauit.

Amen, amen dico vobis. In veritate dico, adeo difficile est, vt homines sibi persuadeant, quod non datur multiplex fructus gloriæ, nisi præmissa morte, ac laborum pressura, vt iurandi formam interponat Dominus: Nisi granum frumenti; seipsum intelligit Dominus, vt est constans Partum sententia. Et ait D. Augustin. tract. 51. Seipsum Iesus dicebat. Ipse erat granum mortificandum, & multiplicandum; mortificandum in infidelitate Iudæorum; multiplicandum in fide omnium populorum.

CAP. XLII.

Sermo cum Ethnicis.

De grano frumenti, ac exaltatione à terra.

Ioan. 1. n. 32. Iesus autem respondit eisdicens: venit hora vt cla-

Ac proinde sicut granum tritici in terra iactum, ac seminatum, nisi in ea moriatur, hoc est corrum-
patur, mortificetur, ita ut calore terrae resolutum,
in alteram veluti substantiam transeat, fructum
non facit, nec multa grana producit; at verò, si
moritur, & corrumpitur, germinando multum
fructum affert, sequé maximè in multa grana
multiplicat: subintelligenda est ergo altera simi-
litudinis pars. Sic & ego, qui sum veluti granum
tritici è coelo in terram demissum mori debeo, ut
per meam mortem, eiusque meritum multos vir-
tutum, ac fidelium fructus proferam, scilicet multa
millia Martyrum, Confessorum, ac Virginum.
Sicque ut explicat Leontius, exponit Dominus
causam, ob quam mortis suae tempus, tempus glo-
riae, & clarificationis appellauerit, quia ex sua
morte magna gloria, magnisque fructus resul-
tabant.

Leont.

QUESTIO I.

Quare cum triumphali ingressu in Ierusalem Dominus de sua morte connectit sermonem?

Um in die Palmarum regales acclamationes fierent Christo Domino à turbis populorum, in ipsomet die, vel sequenti tanto applausu commoti quidam gentiles, ut narrat Ioannes hoc cap. 12. à num. 20. accesserunt ad Christum prae desiderio videndi eum; quibus ipse respondit de suamorte diseredens; nisi granum frumenti cadens in terram, &c. Cur cum tanto triumpho de morte coniungit sermonem? Est praesens quaestio.

Respondet primò, ut cunctis fiat evidens, quod omnis gloria, & applausus huius saeculi se-
cum habet pro appendice mortem, & passio-
nem connexam. Secundò, Aclamabatur Christ-
us Rex. *Benedictus Rex qui venit in nomine Domini.* De morte ergo habet sermonem, quia cui regalis dignitas defertur, maximè de morte, ac profusione vitæ pro suorum salute debet cogitari, nihilque tam fixum ei debet esse in mente, quam vitam pro suis dare; nonque tantum debet attendere ad praesentem gloriam, quam potius ad sui muneris obligationem, ut pro suis vitam largiatur. Vide verbum *Rex*, in Indice.

Regalis dignitas annexam habet mortem.

Tertiò, Cum Christus acclamatur Rex benedictus, Gentiles ad eum accedunt, ipsumque volunt videre, nam cum quis Rex acclamatur, ac dicitur, multi ad eum accedunt, & conuolant; Christus Dominus tunc de multiplici fructu ex sua morte proueniente agit. *Nisi granum frumenti, &c.* ostendens, quod regnum suum, cum esset æternum, ac perfectum, quod non multiplicandum, ac dilatandum erat popularibus acclamationibus, sed morte, & passione.

Gloria perpetua ex morte.

Quartò, Cum Christus Dominus magnis vocibus ab omnibus Rex profiteretur, ac acclamatur, accedunt ad eum Gentiles ipsum videre cupientes, quibus Dominus ait: *Nisi granum frumenti, &c.* significans, quod ex morte sua magnus fructus proueniret, totiusque orbis ad ipsum traheretur, sed cur ad hoc eius mors necessaria erat? Nam iam modo ante eius mortem, omnes populorum turba ipsum Regem profiterentur, cumque tanquam suum Dominum sequuntur ac venerantur,

regemque benedictum aperta voce intonant. Videbat Christus Dominus totum illum pomposum applausum esse gloriam, ac honorem vnus diei, nam statim post quatuor dies totus erat contradicendus, & ipse in cruce affigendus; videbaturque simul gloriam, & honorem, ex sua morte prouenientem, æternam, ac perpetuam futuram esse; ideo praesentem gloriam, ut breuem duarum horarum spatio terminatam contempsit, solumque ex sua morte prouenientem commemorat, utpote perpetuam, & æternam; *Si mortuum fuerit, multum fructum affert.*

Gloria perpetua attendenda, breuis vero contentio-nenda.

Petrus Apostolus loquens de Christi gloria, ait; *Praenuntians eas, quæ in Christo sunt passiones, & posteriores glorias.* 1. Petri. 1. num. 11. Mandat diuinus Spiritus publicari, ac reuelari vltimas, ac posteriores Christi glorias, qui dicit posteriores glorias, supponit & in ipso primas; quam in Christo sunt primæ; quam posteriores glorias? Cardinalis Hugo: *Posteriores glorias, id est vitam æternam, quam post miseriam huius vitæ habebunt Sancti.* Posteriores glorias Christi sunt perennitates æternæ vitæ; quam verò primæ gloriae illæ nempe, quæ in triumphali ingressu in die Palmarum delatae sunt Christo Domino; solum ergo posteriores glorias mandat diuinus Spiritus in Christo publicari, ac denuntari: posteriores gloriae perpetuae, ac æternæ, primæ verò breues, ac vnus diei; ex diuino autem afflatu solum æternæ vitæ perennes gloriae decantantur, ac celebrantur, non verò breues gloriae duarum horarum spatio conclusæ.

7. 1. Petri. 11.

Hugo.

Resplendente facie descendit Moyses de monte Sinai: *Itaui non possent inuendere filij Israël in faciem Moysi, propter gloriam vultus eius, quæ euacuatur.* 2. Corinth. 3. num. 7. At verò de gloria, quam in Christo intuebantur, ait idem Paulus citato loco num. 18. *Nos verò omnes reuelata facie gloriam Domini specularantes; id est clatè, ac aperte facie ad faciem gloriam Christi contemplantes. Quid est quod gloria Moysi non permittitur videri. Non poterant inuendere; At verò gloria Christi, quæ multò maior erat, fixis palpebris intueri datur. Reuelata facie gloriam Domini specularantes.* Gloria Moysis euacuabatur, breuis, ac veluti momentanea erat, gloria verò Christi fixa, ac stabilis in perpetuum; gloria Moysi utpote momentaneè transiens parum æstimanda, & videri non datur; at verò Christi gloria, ut perdurans, & perpetua cognosci, ac intueri ex Dei consilio ordinatur. Ad hoc tendit D. Ioannes Damascenus lib. de Orthodoxa fide: *Israheliticus populus, in Moysi faciem, quæ euacuatur, inuendere non potuit, nos verò reuelata facie gloriam Domini intuemur.*

Solum gloria perdurans, & non breui transiens ostenditur.

8.

2. Corinth. 3.

Gloria Christi perpetua ostenditur, Moysi verò transiens occulatur.

Damascen.

QUESTIO II.

Quare Christus Dominus in presenti comparatur frumenti grano, cum alibi appelletur aceruus tritici?

CHRISTUS dicitur in presenti granum frumenti; nam granum frumenti, ut ait Albertus Magnus inter gratia cibo naturali conuenientia, solum perfectum est: figura columnæ; colore rubrum; qualitate magnum: in substantia purum: complexionem conueniens ad

9.

Alb. Magn.

Describitur frumenti conditio. Zach. 9.

nutriendam dulce ad gustum: praestans, & adhaerens membris nutrimentum. Sit & Christus solus perfectus est cibus animarum. Zachar. 9. n. 17. *Quid enim bonum eius, & quid pulchrum eius: nisi frumentum electorum, & vinum germinans virgines?* Figura columnæ ex vna parte respicit caelum, ex altera terram, duò denotat praercepta charitatis in Deum scilicet, & proximum. *Colore rubrum* in sanguinis effusione denotat patientiam. *Qualitate magnum*, nam ut ait D. Augustinus in presenti magnum virtutem praestat. *Panis cor hominis confirmet.* Psalm. 103. num. 15. *In substantia purum.* Quam denotat Ioseph, dicens: *Ego dabo vobis omnia bona Aegypti, ut comedatis medullam terre.* Gen. 45. num. 18. Medulla terræ est frumentum, vt valde purum, & robustum, seu robustos efficiens homines. *Complexione conueniens ad nutriendum.* Eo quod ut dicunt Medici citius omnibus aliis cibus nutrit. *Dulce ad gustum.* De hoc dicitur in Psalm. 147. num. 14. *Adipe frumenti satiat.* te. Adeps autem dulcis est valde, & delectabilis praestans membris nutrimentum. Ioann. 6. *Qui manducat hunc panem, viuat in æternum.* Vnde ait D. Thomas, rectè grano frumenti se comparat, ad hoc venit vt reficeret, & sustentaret mentes humanas.

August.

Psalm. 103.

Genes. 45.

Psalm. 147.

Ioann. 6.

D. Thom.

10.

Ratio diff. culat. Cantic. 7. Ambros. Richardus. Rupertus. Carp.

Questio praesens est, quomodo hic dicitur Christus granum frumenti, cum Canticor. 7. num. 2. aceruus tritici appelletur? Ad B. Virginem, seu ad Ecclesiam sunt verba. *Venter tumescit aceruus tritici;* vt exponunt D. Ambros. lib. de institutione Virg. cap. 14. Richardus proximè citandus, & Rupertus ad citatum locum Canticorum. Vnde Philo Carpetus ait ibi: Tritici multitudinem comparatur; cum de se Dominus dixerit: *Nisi granum frumenti.* Aceruus enim ex multis granis in cumulum coarctatur. Si ergo Christus dicitur granum frumenti, quomodo & aceruus ex multis granis.

11.

Richardus.

Per Mariam Christus nobis abundantissimus cibus Eucharistici.

Primò. Respondet Richardus à sancto Laurentio lib. 4. de Mariæ laudibus. In priuilegiis Mariana virginitalis. *Nisi granum istud, ait, in vterum virginale, velut in terram fertile, & bene excolitur exercitio Spiritus Sancti prius cecidisset per Incarnationem, & post hoc mortuum in cruce fuisse, ipsum solum mansisset; sed per ista duo granum vnicum factus est aceruus magnus.* Vnum erat granum, nempe Christus in vtero virginali sui abundans caelestis panis ad nos venit, ut tanquam immensus, ac infinitus aceruus, omnes valeat satiare, ac replere. Sic pergit citatus Richardus: *Granum enim illud tritici, ait, potentialiter erat aceruus tritici, de quo scilicet grano tanta spiritalis seges fructificante Deo multiplicata est.* Similia habet D. Ambros. lib. de Institut. Virg. cap. 4.

12.

Respondeo, Christus rectè dicitur granum frumenti, & aceruus tritici ex multis granis, ut patiatur, ac moriatur est veluti granum frumenti *Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit.* Ipse enim vult solus mortem subire, ac sustinere. At verò ad nutriendos, ac alimentandos abundanter filios Ecclesiae ex eius vtero generatos se habet tanquam aceruus tritici. Vt in terram cadat, ac moriatur, vnum granum: at vt nos suis donis repleat, exomet, ac illufret, tanquam multiplex.

13.

Christus vnus, vt patitur, vt multo verò, vt nos nutriet.

Cum prodigus ille filius reuertitur ad patrem, iubet ille vitulum saginatum occidere, vt senior frater dixit: *Postquam hic filius tuus ve-*

nit, occidisti illi vitulum saginatum, Luc. 15. n. 30. At verò idemmet Pater, & Rex cum facit nuptias filio suo inuitatos vocare mandat: *Ecce prandium meum paravi: tauri mei, & altilia occisa sunt, & omnia parata,* Matth. 22. num. 4. Arabicus legit: *Ecce prandium meum paravi. vituli mei saginati.* Cur Pater in magno gaudio re-
ditus filij vnum vitulum saginatum occidit; at verò in prandio, multos vitulos saginatos, multaque altilia, animalia nempe ad alendum proponit; praecipue cum vitulus saginatus apud prodigum, Christum Dominum significet; vituli verò saginati in prandio Christum etiam admittunt: Cum de occisione est sermo, vnus dicitur meus Iesus, vitulum saginatum occidisti. Ipse enim vnus est, qui pro nobis mortem, & crucem tulit. At verò cum de prandio, ac refectio est sermo, vt multiplex proponitur: *Vituli mei saginati, & omnia parata,* quia quamuis ipse vnus sit, qui pro nobis crucem sustinuit, vt multiplex tamen se habet, ut nos abundanter nutriat, ac alimentet, omnium spiritalium donorum dulcedinem exhibens. Palatius ad cap. 22. Matth. *Ego credo, ait, tauros & altilia Christum vnicum esse maximè in Eucharistia; certe quia vnus ipse omnium illorum vim comprehendit, & vnicus ipse pro illis omnibus valet.*

Luc. 15

Matth. 22. Arabicus.

Christus vnus ad crucem, multiplex ad nostrum conuenium.

Palatius.

14. Isai. 63. Matth. 27.

De Christo Domino ait Isaias. cap. 63. num. 3. *Torcular calcavi solus, & de gentibus non est vir mecum.* At verò cum Dominus ad Resurrectionem suam festinat; ait D. Matth. 27. num. 52. *Multa corpora Sanctorum, quæ dormierant, surrexerunt.* Et Paulus ex Christi Resurrectione nostram resurrectionem infert: *Nam si mortui non resurgunt, neque Christus resurrexit.* 1. Corinth. 15. num. 16. Christi enim Resurrectio exemplar, ac causa nostra resurrectionis est, per ipsum enim omnes resurgimus, vt docet D. Thomas 3. p. q. 53. art. 1. Ipse solus ad torcular Passionis, nos verò cum ipso in resurrectione; mortis penam solus sustinuit; de gloria verò Resurrectionis nos facit participes. D. Paschas. lib. 12. in Matth. *Christus quamuis vnus sit mortuus, & solus pro omnibus, noluit solus resurgere, sed cum plurimis, & ipse vnus cum multis, vt spem resunderet desperatis, testis exiit perpetuae resurrectionis.*

1. Cor. 15. D. Thom.

Paschas.

QUESTIO III.

Quare dicitur, quod granum frumenti nisi mortuum fuerit, ipsum solum manebit; cum semper Christus esset in gloria regnans?

Questio est; astruitur in textu, quod granum frumenti, nisi cadens in terra, mortuum fuerit, ipsum solum manet; sub grano frumenti Christus Dominus significatur, vt est communis vox Patrum, quomodo potest scire, quod si Christus non moteretur, ipse solus erit; nam quamuis Christus in cruce non esset mortuus, adhuc ipse, vt Dei filius haberet infensabilem communicationem cum Patre, & Spiritu sancto, eique omnes exercitus Angelorum administrantes adessent. Et etiam vt supremus Dominus hominis delictum poterat dimittere, vel ad eius redemptionem aliud medium ordinare; quomodo

15. Ratio diff. culat.